



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Donatur insignibus Sanctorum Reliquiis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

*Consolationi-  
bus Cœlesti-  
bus inter e-  
rumnas re-  
creatur.*

*Donatur in-  
signibus San-  
ctorum Re-  
liquiis.*

lari licuit. Nam quacumq; præterueheretur, vbi-  
cunque pedem poneret, exemplo Domini Iesu  
monitisque, & simul exemplis Magistri sui Fabri  
totus frugifer erat, & aliquid ferere, aliquid legere  
spiritualis frugis studebat. Hyems erat asperrima  
omniaque gelu concreta, nec tamen tot per in-  
urias peregrinanti firmam modò Deus valetudi-  
nem conseruauit, sed tantum pro sua summa be-  
nitate gaudij cœlestis in animæ sinum contulit  
vt ipsemet explicare se verbis posse neget. Fortè  
se, inquit, quia lacte adhuc opus est paruulo,  
imbecilli mihi. Perfectis enim desolationis,  
crucis solidus cibus congruere solet. Ego dignus  
non sum pro nomine Iesu, quod nūc coram gen-  
tibus istis porto, grauiora pati, & perfectum offerre  
holocaustum in odorem suauitatis. Reuersus  
Argentoratum, renuntiatisque de Friburgo, qui  
videbantur, ac probata Collegij sede, ita conue-  
nit, vt quoniam hærere sibi diutius ad eam deli-  
berationem non vacabat, Episcopus, & Clerus a  
se suam de tota re sententiam literis explicatam  
mitterent: ægreg; ab amantissimis Sacerdotibus  
auelli, & abstrahi potuit. Abeuntem instructo  
curru, additoq; & viatico, & duce per honesto Sa-  
cerdo-



cerdote, & quod maximi instar thesauri fuit, in-  
 gnibus reliquiis Polycarpi, Sixti & aliorum San-  
 ctorum benigne donatis, profecuti sunt. Pecunie <sup>Custos acco-  
 rimus pau-  
 pertatis.</sup> etiam numerum satis magnum sepius obtrusere;  
 & tandem post certamen haud passim vsitatum,  
 cum impetrare, vt acciperet, nequiuisent, clam  
 Ingolstadium transmiserunt. Quod protinus vt ille  
 rescivit, causis, cur refutaret, allatis, (opinor ne vi-  
 deretur Euangelium nundinari, & aliquam Hæ-  
 reticis ansam offerret eius ministerium vituperā-  
 di) quamuis Collegiorum summæ inuitarent, &  
 vrgerent angustia, vt missa à Domino benedi-  
 ctione vteretur, ad largitores omnem remisit: &  
 auxit non nulla argenti iactura beneuolentiæ o-  
 pes; nominisque boni quod melius est, quam di- <sup>Eccles. 22.</sup>  
 uitia multæ, vectigal.

Dilingam ex itinere delatus Augustanum re- <sup>Cardinalis  
 Augustani  
 mira in eum  
 pietas.</sup> perit Cardinalem in eam penitus cogitationem  
 ingressum, vt cōditum ab se Dilingæ Collegium  
 in Societatem transcriberet. Nec præterire fas est  
 optimi Cardinalis raram pietatem. Exceptum  
 hospitem non modò omni honore, ac benigni-  
 tate tractauit, sed etiam voluit, vel inuito mani-  
 bus suis lauare pedes. Meminerat nimirum vo-  
 cem